Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aspice in me et miserere mei dne.

Concupiuit salutare tuum dne. et lex tua me
ditatio mea.
Viuit anima mea et laudabit te. et iudicia tua
adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que perit. quere seruum tuum.
quia mandata tua non sum oblitus.

CANTICUM GRADUUM.

Ad dnm cum tribularer
clamaui. et exaudiuit me.
Dne libera animam meam. a labiis iniquis
et a lingua dolosa.
Quid detur tibi. aut quid apponatur tibi ad
linguam dolosam.
Sagittae potentis acutae. cum carbonibus
desolatoriis.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.
habitaui cum habitantibus cedar. multum
incola fuit anima mea.